



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentissimæ Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

Consultatio V. Serpens contritus: ubi exponitur triumphus reportatus à sanctissima Virgine de peccato originali in Conceptione sua immaculata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

CONSULTATIO V.

*Serpens Contritus, ubi exponitur Triumphus
reparatus à Sanctissima Virgine de peccato originali, in
Conceptione suâ Immaculatâ.*



Æc igitur Consulta-
tio celebrior prio-
re erat, utpote ad
quam plures fue-
rant invitati, quæ-
que fiebat in do-
mo Artemisæ. Invenimus ipsam
in quodam sacello, quod consul-
tò sibi fecerat exstrui in honorem
Conceptionis Immaculatæ Virgi-
nis Sanctissimæ; curaverat id to-
tum interius obduci marmore in
jaspidem virgato, cujus venæ vel
umbræ tam auspiciato inter se jun-
gebantur occurso, tamque oppor-
tunè sibi invicem commisceban-
tur, ut repræsentarent, si non
perfectè, saltem in certâ quâdam
delineatione (quam imaginatio
facilè perficiebat) plures præci-
puas antiquæ legis figuras, quas
hodie aspiciamus velut prophetias,
quæ Sanctissimam Virginem pro-
mittebant nobis. Sic plures vi-
dere se putant in Ecclesiâ Sancti
Vitalis Ravennæ, quæ creditur
esse epitome magnifici templi San-
ctæ Sophiæ, plura mysteria pas-
sionis & Mortis JESU Christi,
naturaliter repræsentata in tabulis
marmoreis jaspidis in morem ræ-

niatis, quibus omnes incrustantur
parietes.

Videte erat in hoc sacello tabu-
la, quæ exhibebat serpentem
hortibilem, cujus Caput conterebatur
plantâ cujusdam fœminæ,
quam sustentabat DEUS manu suâ,
& duas personas à latere, quæ
intuebantur id cum admiratione:
Et dicebatur, hanc esse imaginem
comminationis, quam fecit DEUS
serpenti ab initio mundi, in præ-
sentiâ Adam & Evæ: Vi cujus ini-
micitias positurus erat inter mu-
lierem & ipsum; isque ex eo, quòd
dolosè seduxerit mulierem pri-
mam, experturus erat conteren-
dum sibi caput à muliere alterâ.

Observabatur in aliâ tabulâ cer-
ta quâdam dispositio, quæ re-
præsentare videbatur, quomodo
DEUS benedixerit Abraham, pro-
mittens ipsi longævam & nume-
rosam posteritatem, cui aliquan-
do accensendus cernebatur Salva-
tor mundi, & Sanctissima ipsius
Mater, & per eos tota Ecclesia
Christiana, omnesque Electi, qui
futuri erant veri filij Abraham; &
discernebatur satis clarè, quòd
monstraret illi DEUS valde à lon-
gè

Dedit
Domini
DEUS
dem U
Parris
& reg
Luc. r

Descriptio
sacelli in
gnificia
honori
Concep-
nis Immacu-
lata Vir-
nis Sancti-
simæ.

Jerem

gè numerosam & confusam multitudinè, quæ numerari non poterat.

Occurrebat in aliâ quidam Rex, vertice gestans coronam & manu citharam, eâ ferè ratione, quâ depingitur David, qui descendere de throno suo videbatur, ut collocaret illuc parvulum quendam infantem è vili oppidulo prodeuntem, quemque pauper quædam suis in brachijs gestabat scæmina: Et circum circa aspicere erat plures diversas nationes, quæ prosternere sese videbantur maximâ cum reverentiâ coram Matre & puero; nosque in hâc figurâ cernere credebamus prophetiam, quòd Salvator totius mundi natus erat in Bethlehem, & regnaturus super thronum David Patris suis, honorandus & adorandus à cunctis nationibus mundi.

Ex alterâ parte intuebamur delineationes plurium personarum in pedes erectarum, quæ videbantur ore apertò, quasi loqui velent, extendendo manus versus Reginam quandam, quàm aspiciabant supra se pluribus circumdatam coronam, totâque circumfusam splendore. Nonne videris tibi (dicebat mihi aliquis hæc nobis ostendens) aspicere Prophetas, Jeremiam, Isaiam, Michæam, promittentes adventum Sanctissimæ Virginis, parituræ Salvatorem mundi? Jeremias dicit: *Creavit Dominus novum super terram; scæmina circumdabit virum; hæc*

R. P. Isaac Consultat. Tom. III.

non est sicut alia Mater, quæ non nisi gravida est aliquod infans. Isaias dicit: *Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel;* quod est, nobiscum DEUS. Michæas loquitur nobis de Bethlehem, ubi Sanctissima Virgo in abjecto stabulo pariet illum, qui ab æterno natus est in splendoribus è sinu Patris sui. Nonne miraris, quomodò natura delineaverit nobis hosce supra lapides omnia hæc gratiæ mysteria?

Diu immorabamur considerationi omnium harum figurarum marmori impressarum, totam faceli structuram exornantium, quæ velut totidem à naturâ depictæ videbantur imagines; siquidem nec una fuerat; quæ suis carebat lineamentis, unde facillè formare nobis poteramus idæam mysterij cujusdam particularis. Sed Artemisia, quem fastidio jamjam afficiebat diuturna nostra meditatio, amabiliter nos interpellans, nostrumque Viatorem, qui se verba ipsâ facturum promiserat de mirabili Sanctissimæ Virginis Conceptione, alloquens. Domine, inquebat, si sufficienter tuos pavisti & oblectasti oculos, adfunt hic aures, quæ non levi tenentur desiderio tuorum demulceri dulcedine verborum: Lingua tua doctum est penicillum, quæ magis ad vivum depinget nobis, quod non nisi imperfectè spectasti in

Q hisce

Dedit illi Dominus DEUS sedem David Patris ejus, & regnabit Luc. 1.

Descipulo scelli in gnificum honore Conceptionis sanctissimæ.

Isai. 7.

Michæ. 5.

hisce lapidibus. Ille velut è profundâ in se reversus cogitatione, quæ eripuerat sibi memoriam & loci ubi erat, & propositi, quod moliebatur, excusare se primitus voluit de inconsideratione suâ; sed Domina, quæ nec momen-

tum perdere volebat inanibus verborum officijs, rogavit illum, ut cæteris omnibus omiſſis, suis duntaxat staret promissis: Unde & ipse eum totâ affidens societate, initium dedit Consultationi, uti mox videbis.

ARGUMENTUM.

Eximia Idea, quam formare sibi oportet in animo circa Conceptionem Sanctissima Virginis.

ARTICULUS I.

Non rependum est nobis super terram, si intueri quid volumus de excellentijs Sanctissimæ Virginis, præcipuè illis, quæ Immaculatam ipsius attingunt Conceptionem: Attollendus est animus noster ad æterna decreta DEI; ibi videbimus primam ipsius Conceptionem, totam puritate splendidam, totam refulgentem majestate & gloriâ. Ecce vobis fundamentalem regulam, quam statuo. Nichil magis est consonum rectæ rationi, quam credere, quòd DEUS, cum sit Auctor omnipotens, & infinitâ ratione sapiens, fuerit totum magni hujus Universi opus, sicut voluit, eòquòd omnipotens sit, & omnia ab ipsius dependant voluntate. Jam credendum est, id voluisse ipsam, sicut magis congruebat, eòquòd infinitâ ratione sit sapiens. Aliter quis credere vel cogitare non potest, si sequi

velit rectam rationem. Jam quicumque sapienter agit, agit ordinatè, & quicumque agit ordinatè, collocat primo loco, & ante omnia id, quòd est nobilius, & exin modò collocat cætera in suo ordine, juxta gradum, quem tenere debent, ut in bono sint ordine.

Positâ hâc fundamentali regulâ, quam doctissimi quique Theologi ceu certam admittunt, ita ipsi ratiocinantur. In decreto æterno, quod formavit DEUS pro creatione mundi, eòquòd omnia fecerit in pondere, numero & mensurâ, id est, in bono ordine, primus, quem sibi posuit ob oculos, fuerat JESUS Christus, eòquòd ipse nobilissimus sit omnium & exquisitissimum suæ opus omnipotentis; opus omninò miraculosum, quod simul est creatum & increatum, creator & creatura, Auctor mundi, & excellentissimum opus mundi; & insuper docent, quòd propter

Sancti
Virgo
prima
JESU
Christi
DEO
oculo
sua i
mund
ocari

JESU
Christus
primus,
quem De
sibi posuit
ob oculos
in creat
ne man

propter ipsum ceteræ omnes sint conditæ creaturæ, sitque impossibile, quin ipse primum obtineat locum, eodquod sit DEUS, sed locum infinitâ ratione elevatam supra omnes creaturas, eodquod sit una triûta personarum adorandæ Trinitatis, quæ omnes infinitam obtinent sublimitatem.

Sanctissima Virgo est prima post JESUM Christum DEO ob oculos posita in mundi oratione.

Immediatè post ipsum, bonus exigebat ordo, ut statueret sibi ob oculos Sanctissimam Virginem, Matrem ipsius; non solum, quod certum sit, nihil esse excellentius post DEUM, Matre DEI, sed quod necessaria sit connexio, tamque stricta Matrem inter & Filium relatio, ut impossibile sit concipere unum, quin concipiatur & alterum. Probè novimus, in divinitate mutuas relationes Patris & Filij constituere duas has divinas Personas, ita ut juxta id, quod concipere possumus, si prima Persona est Pater, is non sit, nisi quia habet Filium; & si secunda Persona est Filius, is non sit, nisi quia habet Patrem; & si tollas hosce respectus, hæcque relationes reciproces auferam, destruas duas hæc divinas Personas. Nonne ratione quadam id ipsum dicere possumus de Sanctissimâ Humanitate JESU Christi, juxta quam est Homo, & Filius Hominis, id est, Sanctissimæ Virginis (siquidem hoc verbum Homo sumitur sic communiter in Evangelio) nonne in-

quam dicere quoque possumus connexionem esse & relationem tam necessariam inter Filium & Matrem, Matrem & Filium, ut impossibile sit Filium esse Hominem, nisi habeat Matrem & hanc esse Matrem nisi habeat Filium? Et si mutuas hanc tollas relationem, unâ cum Filio destrues & Matrem. Hæc veritas tam clara est, tamque certa, ut nemo ipsi contradicere possit.

Cum hæc dixisset, stiebat paulisper, nosque aspiciebat, ut videret, an quis esset, qui difficulter admitteret fundamentalem hæc regulam, è quâ deducere cogitabat prodigiosas consequentias pro gloria Sanctissimæ Virginis, & præcipuè Immaculatæ ipsius Conceptionis: Et ubi vidit, quod omnes silendo viderentur consentire in omnibus, ita suum resumpsit & prosecutus est discursum.

Cùm igitur Conceptio Filij DEI, in quantum est Homo, includat necessariò Conceptionem Sanctissimæ Virginis Matris ipsius, & naturalis connexio Filium inter & Matrem permittere non possit, ut unum concipiatur absque altero, sequitur optime, quod, sicut Filij Conceptio est tota pura, tota sancta, & infinitâ ratione aliena ab omni genere peccati, Conceptio Matris talis quoque fuerit, & dubitari quasi non possit, quin reipsâ purissima fuerit & Immaculata.

Sanctissima Virgo in decreto æterno DEI est concepta absque peccato.

Q 2 Ve:

JESU Christum primum quem Deo sibi posuit ob oculos in oratione

Est conce-
pta in tem-
pore juxta
decretum
æternum.

Verùm tu loqueris, dicebam ipsi, de primâ illius Conceptione in cogitationibus æternis DEI, in quibus formabat idæam Matris dignæ Filio suo Unigenito: nemo dubitat, quin illa infinitâ ratione sit pura; sed de hac non agitur; quæstio est de Conceptione ipsius temporali in utero Sanctæ Matris suæ Annæ, ex quâ nata est filia Adæ, sicut cæteri omnes infantes; de hac disceptatur, an non æqualis sit conditionis cum alijs. Hoc dici non potest, respondit mihi; eodquod omnia, quæ fiunt in tempore, non sint nisi executio æternorum decretorum DEI: si ipsa Concepta est absque peccato, in æterno DEI decreto, oportet ipsam talem quoque esse in executione hujus decreti, quæ facta est in Conceptione ipsius temporali.

Hæc consequentia primâ fronte videbatur mihi absurda; siquidem inveniebam, quod omnes homines tali ratione concepti essent absque peccato, cum certum sit, quod DEUS concipere illos non potuerit cum peccato in cogitationibus suis æternis, ubi nil est, quod purissimum non sit; & si ipsius decreta darentur executioni in tempore, sicut concepta sunt in æternitate, omnes homines æque ac Sanctissima Virgo nascerentur innocentes: Conabar omni modo declarare ipsi bene difficultatem meam, quam

fermè eandem esse advertēbam totius nostri confessus, sed tam clarè eandem mihi ademit, ut ne umbra quidem dubii circa ipsam remanserit, dicendo mihi.

Ne confundas Sanctissimam Virginem cum cæteris omnibus hominibus; ipsa namque nihil habet commune cum illis, nisi solam & puram naturam humanam. Quando concepta est ipsa cum Filio suo Unigenito in decretis æternis DEI, ipse erat perfectus Vir, & ipsa erat perfecta Virgo, ambo infinitâ ratione alieni à minimo peccato; unus, ut esset exemplar omnium Virorum; altera, ut esset exemplar omnium fœminarum. JESUS Christus non fuit formatus ad similitudinem Adæ, sed Adam erat cultus statim ab initio ad similitudinem JESU Christi. Sanctissima Virgo non fuit formata ad similitudinem Evæ, sed Eva formata ab initio fuit ad similitudinem Sanctissimæ Virginis; & ideò Adam & Eva producti sunt ab initio in perfectâ innocentia, quia esse debebant imagines JESU Christi, & Sanctissimæ Matris ipsius; ambo ita replebantur gratiâ, ut satis superque haberent ad locupletandum illâ totam posteritatem suam; sed fruebantur libertate bene vel malè utendi illâ; & quia miserabiliter abusi sunt insigni hoc privilegio à DEO sibi concessio, suam perdiderunt gratiam pro seipsis,

&

Obiectio in
speciem va-
lida.

JESUS
Christus
Sanctissimus
Virgo
Archety-
pa, juxta
quæ facta
est
Adam &
Eva in
nocentiâ
suâ.

Admi-
exemp-
decret-
terni I

& pro totâ naturâ humanâ ab ipsis dependente, velut dependet rivulus à suo fonte.

Ecce igitur Ectypa JESU Christi & MARIE deformata ex propria suâ culpâ; an dicas propterea, ipsa deformasse sua etiam Archetypa? Venenatus hîc fons dimanavit quidem in rivulos se in ferio es, magisque depressos, sed in altum ascendere non potuit. Quandoq; DEUS vidit totam naturam humanam in suis idæis æternis, Filius ipsius Unigenitus & Mater illius concepti jam erant ante omnes homines in Eminentiſsimâ Sanctitate: Adam & Eva formati sunt ad ipsorum imaginem in perfectâ innocentia; dum ipsi hanc perdunt seque crimine obstringunt, totam suam posteritatem suo involvunt crimine; ita ut nascentes ex patre rebelles quoque sicut Pater ipsorum; & consequenter aspiciuntur à Deo velut objecta æquissimæ iracundiæ suæ; & omnia hæc ita statuta in decretis æternis DEI, ita dantur executioni in tempore. Omnia executionem sortita sunt in tempore, sicut conclusum fuerat in deceto æterno DEI: JESUS & MARIA nascuntur tam pleni gratiâ & sanctitate, ut infinitâ ratione futuri sint alieni ab omni genere peccati, eòquod ita concepti sint in deceto æterno DEI. Adam & Eva producantur pleni innocentia,

velut eximie imagines ipsos representantes, quia ita concepti sunt in cogitationibus æternis DEI; sed omnes ipsorum posteri nascentur coinquinati crimine protoparentum suorum, & ipsius portabunt pœnam, quam tota natura humana in Adam & Eva DEO suo non obtemperantibus unita æquissimo jure promeruit, eòquod ita conclusum & statutum sit in decretis æternis DEI.

Et si quæras, quomodo fieri possit, quod Sanctissima Virgo non comprehendatur in hoc deceto universali, cum ipsorum sit filia; ipsa respondebit tibi: *Nondum erant abyssi, & ego jam Concepta eram.* Hæc peccati & miseriarum, quas illud trahit post se, profundæ abyssus nondum extiterant, quando concepta ego fueram, & in æternis decretis DEI statutum jam erat, ut nascerer absque peccato. Id quod in errorem vos ducit, totumque decipit mundum est, quod ipsam non aspiciatis, nisi velut filiam Adæ terrestres, pro eo, quod ipsam quisque aspiciere deberetis velut Matrem Adæ cœlestis. JESUS & MARIA inseparabiles ab invicem in Conceptione æternâ DEI, sunt duo magna Archetypa innocentia & sanctitatis, juxta quæ omnes viri & omnes feminae, quæ non nisi ipsorum sunt ectypa, formari debent. Sed Archetypa non formabuntur juxta Ectypa; infelicitatum

Q 3 tatum

Admiranda
exemptio
decreti æ-
terni DEI,

Proverb. 8.

Fallitur,
quifquis
Sanctissi-
mam Vir-
ginem aspi-
cit velut fi-
liam Adæ
Peccatoris.

rum omnium maxima est, quòd hæc ectypa omnia sint deformata, sed Archetypa conservant semper perfectionem suam prorsus integram.

JESUS & MARIA non sunt ectypa, sed Archetypa ad imitandum.

Venite divina Archetypa ostendite vos mundo in plenitudine temporum, conspicienda exhibete vos in medio hominum, ut dum vos aspiciunt, reformate possint, quòd destructum est in totâ naturâ humanâ. Ipsi ergò non veniunt, ut similes fiant cunctis filijs Adæ, sed ut omnes filij Adæ similes sese efficiant ipsis. Non veniunt, ut involvantur peccato totius naturæ, sed ut à peccato exsolvant totam naturam.

Absque divinis hæc Archetypa nunquam aliquid reparatum fuisset, nec restitutum bono ordini; Et si ipsimet deformati fuissent aliquo peccato, sicut omnes alij, quomodò servire potuissent velut Exemplaria ad ipsos reformandos. Sed admiranda hæc sunt divina Sapientie consilia, & misericordie ipsius liberalitas in executione æternorum decretorum Dei, quæ clarè ostendant, quâ ratione Sanctissima Virgo omninò particeps non fuerit peccati originalis, sicut cæteri homines.

An benè capis, quòd dico?

ARGUMENTUM.

JESUS & MARIA non imitati sunt, sed reformarunt Adam & Evam.

ARTICULUS II.

Antitheses & comparationes notabiles.

Sæpè fiunt comparationes, sæpè etiam fiunt antitheses JESU & MARIE cum Adam & Eva. Unus probat, quòd multum habeant conformitatis, alter probat, quòd multum habeant oppositionis; Et ambo procul dubio, non absque ratione. Siquidem necesse est inter ipsos intercedere aliquam similitudinem, eòquod se habeant velut Archetypa & Ectypa; & impossibile quoque est, quia maxima inter ipsos intercedat oppositio,

eòquod se habeant velut Archetypa perfectissima ex unâ, & ex alterâ parte velut Ectypa turpissima, feedissima. Maxima erat similitudo, quando conveniebant in naturâ & in gratiâ; & oppositio facta est summa, quando Adam & Eva perdiderunt gratiam, dum ipsa remansit in JESU & MARIA in suâ plenitudine.

Ad restituendum primam Conformitatem inter Archetypum & Ectypum, removenda est oppositio, quæ tollit illam, & ad removendam

Quomodo
Jesús
stus, re
meti de
ctus no
naturæ
plicand
illi.

vendam hanc oppositionem oportet tollere peccatum & reddere gratiam. Sed quis potest hoc facere, nisi Archetypum ipsum, quod possidet illam ceu sibi propriam, quodque solum illam dare potest, si vult, vel illam negare, prout placuerit ipsi? Siquidem impossibile est eotypis, quæ hanc pulchritudinem perdidit, resumere illam ex semetipsis; Sed possibile etiam non est Archetypo hanc illis reddere pulchritudinem, si se illis non applicet, ut illa juxta sui similitudinem reformet. Ut sigillum reformet lineamenta, quæ deleta sunt in cerâ, oportet, ut applicet se illi, seque immittat ac infuset in materiam illam difformem, sed non, ut ipsius assumat difformitatem, sed ut illam tollat; non ut illi sese assimilet, sed potius ut illam similem sibi reddat; & si in tantum non condescendat, ut in ipsius se immittat defectus, nunquam communicabit illi suam perfectionem, nec suam pulchritudinem.

JESUS & MARIA Archetypa omnis Sanctitatis, eo nomine veniunt in mundum, ut quærant Adam & Evam ad imprimendum illis denuò lineamenta similitudinis Dei, arctissime applicando se illis. Quam admirabilis condescendètia & bonitas JESU Christi, quem S. Paulus nuncupat sigillum, sive characterem similitudinis divini Patris sui; dum immitti & profus im-

mergi vult in difformem & deformatam hanc materiam; dum insinuare se vult in abyssum omnium miseriarum humanarum, eòusque, ut assumere & portare manifestè velit similitudinem peccatoris: *In Rom. 8. similitudinem Carnis peccati*; vult accipi & tractari, ac si reipsa talis esset, contemni, persecutionem pati, puniri, condemnari ad mortem. Quid est hoc sanctitas infinita, pulchritudo æterna! Majestas adoranda! ad quantum humiliationis excessum redigis te ipsum? Verum oportet, ut sigillum se immittat cum omnibus speciosis, quæ gestat in sinu suo, lineamentis in materiam difformem & deturpatam, non ut deformatetur ab ipsius turpitudine & deformitate, sed ut suæ ipsi imprimat lineamenta pulchritudinis, similitudinisque.

Grates immortales, ô JESU! quod ita immergere te volueris in medias meas miseras, ut relinqueres ibi lineamenta divinæ tuæ similitudinis? Grates æternas, quod meam non abhorrueris turpitudinem, eòusque amplexus illam, ut haberi volueris similis mihi peccator; palàm enim dicebatur: *Sci. Joann. 9. mus, quia hic homo peccator est*, quamvis infinitâ ratione alienus fueris à peccato, ut desinerem ego reipsa peccator esse, etiamsi hujus nunquam non circumferam notas & indicia! Grates perpetuas, ô amabilis mi Redemptor, quod non contentus attulisse ingens hoc beneficium

Quomodo
Jesús Chri-
stus, refor-
met defe-
ctus nostræ
naturæ, ap-
plicando se
illi.

*In Rom. 8. sigillum por-
tans lineam-
enta simi-
litudinis
Dei. Partis
sui, quam
nobis vult
imprimere.*

Magus: bo-
nitatis ex-
cessus JESU
Christi er-
ga nos.

beneficium mundo, tanta sis erga me
bonitatis, ut mihimetipsi applicare
& immergere te velis, misero in-
quam mihi in particulari, & qui-
dem in intima insinuare te mei ip-
sius penetralia, dum non dedigna-
ris tam frequentatis vicibus totus
integer intrare in me per Sanctam
Communionem, ad imprimen-
dum mihi profundius divinæ tuæ
lineamenta similitudinis. O divi-
ne character pulchritudinis & san-
ctitatis infinitæ Dei! quanta im-
primeres animæ meæ prodigia, si
tam dura non esset, tuæque boni-
tatis opposita consilijs! Itane ed-
usque mihi immergis te, ut inti-
mior mihi sis, quàm ipse sim mihi;
teque tam integrè immittis in me,
ut imprimas mihi omnia, quæ sunt
in te, nihilque in te sit, quod non
impendat se mihi! O ingratum
me & insensatum, quòd vicissim
me totum, ex toto non consecrem
tibi! ô quando id erit, ô mi totus
amabilis JESU, ut dicere tibi pos-
sim in veritate, quòd olim tibi di-
xit S. Augustinus: *Cum adhafero
tibi ex omni me; ita ut nihil sit
in me, quòd non unice figatur &
hæreat in te.*

S. August.

Eximius hic affectus, quo pius
noster Viator ferebatur in Filium,
videbatur induxisse ipsi oblivio-
nem Matris; sed Artemisia, cu-
jus præcipuum erat votum au-
scultare loquentem de ipsâ, nec
tamen ex reverentiâ interpellare
ipsum veller, revocavit ipsum,

monstrando ei parvulam Sanctissi-
mæ Virginis imaginem, quam nun-
quam non ex devotione portabat
secum; Et ipse reversus ad pro-
positum sibi argumentum.

Non separemus, inquit San-
ctissimam Virginem à Filio suo
Unigenito, cum ipsa sit cum il-
lo, per illum aliud Archetypon
gratiæ & Sanctitatis plenum, quòd
Deus misit nobis in medio tem-
porum, ad imprimendum denuò
peccatoribus suæ characteres si-
militudinis. Non magis fuit ip-
sa involuta peccato, quàm ipse
Salvator mundi, eòquòd ipsa as-
sumere aliud non potuerit, quàm
ipse. Primò, quia ipsa conce-
pta erat cum illo in aeterno de-
creto Dei, eundem ob finem,
reparanda nimirum peccata mun-
di. Secundò, quia ipsa habebat
nonnisi eundem spiritum, idem
cor, eandem intentionem, &
idem etiam negotium, ut esset
cum JESU CHRISTO salvante
mundum, id, quod fuerat Eva
cum Adam mundum perdendo.
Ne obstupescas ex hoc loquen-
di modo, explicabo me tibi de-
super tam clarè, ut, si me ca-
pias, aliter loqui non velis. In-
terim audi, quid hæc de re di-
cat D. Petrus Damiani sermone
de Annunciatione. *In ipsâ hoc
torum faciendum decernitur, ut si-
cut sine illo nil factum est, ita sine
illâ nihil refectum est: audi quo-
que, quid ipsamet dicat Sanctæ
Brigitæ*

S. Pet. D.
Serm. de
Annunc.

Revelat.
I. Brigittæ
c. 15.

Brigittæ. Dolor Christi erat dolor meus, quia Cor ejus erat Cor meum; sicut enim Adam & Eva venderunt mundum pro uno pomo, sic Filius meus & ego mundum redemimus, quasi uno Corde. Revelat. c. 15.

Sanctus Ambrosius considerans primam formationem hominis observavit cum admiratione Sapientissimum consilium Dei. Non fecit is ab initio mox duas personas, non fecit nisi virum solum, & exinde feminam; Et hic vir debebat esse origo omnium hominum; Verum non est bonum ipsum esse solum: oportet formare ipsi adiutorium, aliquam consortem; unde hanc desumes? an ex eadem terrâ, unde formatus est Adam, ut ipsi fiat tantò similior? Non; Erit ex ipsomet, ut noverit, ipsam aliud esse, nisi seipsum; ipsam aliud corpus non habere, nisi suum; ipsam non esse, nisi portionem sui esse, ipsamque non esse tam aliam personam, quam se, velut eadem sua persona divisa foret in duas; sicque videant, se non esse duo, sed unicum solum & idem principium totius generis humani.

Pondera tecum, quàm arcta igitur vincula unièrint Adam cum Evâ, cum ipsa in veritate aliud non fuerit, quàm ipsissimus ipse. Ipsa erat ipsius Filia, eòquod produxerit ipsam similem sibi ex

R. P. Isaac Consultat. Tom. III.

propriâ suâ substantiâ; erat ipsius soror, quia ambo non habebant nisi eundem Patrem cœlestem; erat ipsius conjux, quia omnes suos progignere ipsi debebat filios, &c. Ex hoc nonne sequitur, quod, cum ambo non habuerint quasi, nisi unum idemque esse, de utroque fieri debuerit sermo eadem ratione?

Jam haud difficulter persuadebis tibi, quòd id, quod faciebat tunc Deus manibus suis, formando primum hominem, fuerit non nisi ectypon extractum ex Archetypo. Sacra Scriptura verbis manifestis observat, quòd non fecerit, nisi quòd fuerit imitatus & contemplatus in idæis suis æternis JESUM CHRISTUM primum hominem & Exemplar omnium hominum; Et ideò, cum formaret Adam, expressè dicebat: faciamus hominem ad imaginem nostram; Et ideò etiam Tertullianus considerat Deum totum occupatum in hoc opere, velut illi, qui studiosè admodum attendunt, dum perfectè imitari volunt eximium aliquod Archetypum, quod continud aspiciunt; oculi, manus, animus, consilium, sapientia, affectio, omnia ibi occupata erant, ut nihil perfectè deesse similitudini. Totum illud, quòd lutum exprimebat, erat JESUS CHRISTUS, quem illud depingebat. Sic terra hæc formata ad imaginem JESU CHRISTI non erat nisi ectypon, cujus

R. habe-

Tertull. de Resurrect. c. 6. Recogita totum illic Deum occupatum ac deditum manu, sensu, opere, consilio, sapientiâ, providentiâ, & ipsâ imprimis affectione, quæ lineamenta ducebat; quodcunque enim limus exprimebat Christus cogitabatur homo futurus.

Adam & Eva non e-
rant nisi un-
a eadem-
que perso-
na.

Ulciremus
noam in vi-
ro & mulie-
re Corporis
esse natu-
ram, usq;
fontem ge-
neris hu-
mani.

S. Ambros.

S. Pet. Du
Serm. de
Ananias

habere debemus Archetypon suo tempore; sed hoc eçtypon erat jam pignus vel promissio nobis illud mittendi, signatum ab ipsâ manu Dei. *Lipus ille jam tunc imaginem induens Christi futuri in carne, non tantum Dei opus erat, sed & pignus.*

Ad restaura-
tionem
humani ge-
neris suffi-
cere poterat
solus Chri-
stus, sicut
omnis suf-
ficiencia
nostra ex
ipso est; sed
bonum non
erat nobis
hominem
esse solum;
congruum
magis erat,
ut adesset
nostræ re-
parationi
sexus ute-
que. quo-
rum corrup-
tioni neu-
ter defuit.
fer. S. Bern-
ard de Af-
sumpt. B. V.

Cum igitur Deus non faceret nisi eçtypon JESU CHRISTI, quando formabat Adam, & monstraret in hac imagine, quale exemplar deberet esse; nonne dicere possum, quod producendo Evam, non fecerit nisi imaginem Sanctissimæ Virginis, quodque modus, quo utebatur formando hoc eçtypon, demonstravit nobis id, quod facturus erat ipsum producendo Archetypon & exemplar, nempe Sanctissimam Virginem. Dedita operâ conciliavit soporem Adæ, quando hanc ex ipsius costâ eduxit feminam, quia volebat, hunc tam mirabilem ipsam producendi modum ipsi esse incognitum. Quare? quia ipsa eçtypon erat Sanctissimæ Virginis, cujus Conceptio tam admirabilis est, ut cognita esse non debuerit cunctis præteritis sæculis, & nunquam perfectè futura sit, quoad tantæ punctum difficultatis decidatur à Sanctâ Ecclesiâ.

Nihilominus vide, quod sapientia Dei non fecerit nisi Virum-Deum, siquidem non fecit feminam-Deum; Et hic Vir-Deus erit solum principium salutis omni-

um peccatorum. Verum non est bonum, ipsum esse solum, adjutorio indiget & aliquâ consortem. Unde desinet illam! Deus non aliunde ipsam extrahet, sed desinet illam ex ipso JESU CHRISTO, ut verum sit, quod reipsâ aliud ipsa non sit, quam ipse ipse. JESUS & MARIA concepti in eodem sunt utero, id est, in eodem decreto Dei, inseparabiles ab invicem, eodem animati spiritu, cum non habeant, nisi idem cor, eandem mentem, eandem intentionem, destinati ad eundem finem reparationis mundi; judica nunc, quàm arcta & fortia sint vincula inter Jesum & Mariam; ipsa ergo est illius soror, est illius sponsa, est vera illius Mater: Nonne dici possit ipsius soror, cum ambo in eodem concepti sint utero, si ita loqui mihi licet loquenti de æterno decreto Dei, in quo formati sunt ambo velut duo gemelli, quorum unus destinatus est pro altero? Nonne verum sit, quod sit ipse sponsa, eod quod filij unius sint etiam filij alterius? Vide, quomodo id ipsemet declaret in Cruce, loquens de uno clarissimorum filiorum suorum: Nonne dicit illi: Mulier ecce Filius tuus; Et discipulo; Ecce Mater tua? Tandem nonne est articulus fidei, quod sit verè propria ipsius Mater, ipsumque ex suâ producerit substantiâ? An magis arcta cogitari possint vincula?

Cum

Cur tri-
rium in
macellâ
Conceptio
nis B. Vir-
ginis tan-
parum co-
gnoscatur

Fortim
admir-
vincu-
ter JES-
& Ma-

Ca

Intima & admiranda vincula inter JESUM & Mariam.

Cum igitur hæc inter ambos tam arcta sint, ut ratione quâdam velut eadem res æstimari possent, quid cogitandum est de Mariâ? nisi quod cogitandum est de JESU! Non loquor de divinitate, quam JESUS possidet, quia Deus est, quâque non possidet MARIA, quia DEUS non est; sed loquor de puritate & innocentia, & de gratijs ac immunitate ab omni genere peccati: Si dicitur de JESU, quod sit innocentia & puritas ipsa; nonne dici debet de MARIA, quod innocentia ipsius tam perfecta sit, ut alicujus impuritate peccati nunquam fuerit violata? si dicitur quod JESUS sit thesaurus inexhaustus omnium gratiarum; Angelus de cælo missus ad Mariam, nonne salutavit ipsam gratiâ plenam? si dicitur, quod JESUS sit infinita ratione remotus ab omni inquinamento peccati; nonne dicendum de MARIA, quod tota sit pulchra & macula non sit in illâ? *Tota pulchra es, & macula non est in te.* Si aliquis diceret, quod tenebræ tam propè accesserint ad solem, ut occupaverint & possederint Thronum illius, nonne diceretur, ridiculam hanc esse imaginationem. Sed dicere, quod peccatum, quod magis opponitur JESU CHRISTO, quàm tenebræ lumini solis, tam propè accesserit ad ipsum, ut occupave-

rit propriam ipsius Matrem, quæ est thronus ipsius, gloria ipsius, soror ipsius, sponsa ipsius, & quodammodo alter ipse, nonne magis adhuc omni sanæ refragatur rationi! Unde venit ergo, interrogat ipsum Artemisia, quod tot ac tanti sanæ mentis viri, qui commendantur ab insigni doctrinâ, pietate, & etiam singulari erga Sanctissimam Virginem devotione, uti Sanctus Bernardus, quem nuncupari audivi charissimum Sanctissimæ Virginis alumnum, & JESU CHRISTI collataneum, eoque credatur distillasse ipsa & effudisse in labia ipsius, idem prorsus suorum lacuberum, quo nutriêrat JESUM CHRISTUM; uti similiter Sanctus Thomas, quem nunquam non & ubivis deprædicant Angelum scholarum; uti Sanctus Bonaventura, qui apud omnes audit Doctor verè Seraphicus, & plures alij summæ auctoritatis, nec minoris erga Sanctissimam Virginem reverentiæ ac devotionis: Unde venit, quod repudiaverint ipsi Immaculatam Conceptionem, & docuerint ipsam Conceptam esse in peccato? Id sanè admirandum est, respondet Viator; sed invenio hîc, uti arbitror, admirabile Consilium providentiæ Dei.

Oportebat, ut Sanctissima Virgo, cum destinata fuerit ad operandum cum JESU CHRISTO Redemptioni totius mundi, ipsi

Unde est, quod Doctores sanctissimi & devotissimi erga Beatissimam Virginem, sicut S. Bernardus, S. Thomas, S. Bonaventura repudiâsse videntur Immaculatam ipsius Conceptionem.

esset adiutorium omnino simile, *adiutorium simile sibi*, dico omnino simile, tum quoad speciem & apparentiam peccatoris, tum quoad veritatem perfectissimam ipsius innocentiae. Uterque velut sigillum, quod debebat de novo imprimere lineamenta similitudinis Dei, quae deleverat peccatum in universam naturam humanam, ita profundè immitti & immergi debebat in materiam hanc difformem, ut uterque appareret totus coopertus difformitate ipsius, & portaret speciem ac apparentiam peccatoris. JESUS CHRISTUS ipsemet nonnè statim ab initio tractari & accipi voluit, veluti obnoxius peccato originali, quando circumcisis fuit more aliorum infantium? an mirandum sit, quòd permittere voluerit hanc Sanctissimae Matris suae inuri suspicionem ac notam, quasi contraxerit illud, etiamsi tam aliena fuerit ab eo per gratiam, quam fuerit ipse per naturam? Et si ad confirmandum hanc suspicionem permisit, ut plures magni Doctores, magnique Sancti, & admirabilis hujus Matris clientes devoti, nigro obtegerent velo, candorem Immaculae ipsius Conceptionis: id ipsum pulcherrimum est lineamentum similitudinis cum JESU Christo; dum sicut ipse portavit in se perfectissimam veritatem innocentiae, &

probrosissimam peccati speciem & apparentiam.

Sed quia veritas dissipat quanto citius omnes falsas apparentias, sicut sol omnes nubes suam obvelantes faciem; hinc evidentè constat, & ubivis firmiter creditur, impossibile esse, quòd JESUS CHRISTUS minimo infectus fuerit peccato, quamvis assumere & in adorandam personam suam portare voluerit omnium criminum peccatorum. Sic modò exploratum est magis, quam unquam, quòd Sanctissima Virgo nunquam maculata fuerit aliqua labe peccati vel originalis, vel actualis. Universalis fidelium pietas, singulari prorsus Zelo illustrare contendit gloriam & splendorem Conceptionis Immaculae: Ecclesia cum gaudio aspiciens filios suos æquissimis hiscè extimulari affectibus erga divinam Matrem suam, id approbat, confirmat, favoribus remunerat, quantum omnino potest: Latatur ut jubilat ex eò, instituens Festa publica & solemnia: Excidat praedicatorum ad declamandum ubivis de illa panegyres: imponit silentium ijs omnibus, qui vel verbo in contrarium se vellent opponere: aperuit thesauros suos, & munificè effundit Indulgentias plenarias, volens illecebris spiritualium harum divitiarum attrahere omnes ad honorandam debite

to re.

Infelicium
oppug
natum
ceptio
Imma
tam
S
S
Virg

Remota
velo app
ect hodie
aperta
citat.

to religionis cultu Conceptionem Immaculatam velut Sanctam & Canonizatam, celebrando-festivam de illâ solemnitatem. Nonne oculos habeat magis debiles, quàm bubones & noxæ, qui veritatem non conspiciunt in tanto splendore? sed nonne habeat obrigescens cor glacie, & alienum prorsus à pietate, qui audeat illam oppugnare?

Iofelicitas oppugnantium Conceptionem Immaculatam Sanctissimæ Virginis,
Vide, quid lucentur, qui adversam amplectuntur partem; Nonne expectanda illis erunt magna præmia à JESU CHRISTO pro Exantlato labore multo, ut Sanctissimæ suæ Matri peccatricis affricarent notam, illamque noxâ coinquinarent originali, existimantes plurimum illius per hoc attolli & dilatari gloriam? An polliceri sibi possunt, singulares recepturos se favores à Virgine Sanctissima, quæ summo profectitur amore veros & fideles devotos suos, eòquod suam in hoc demonstraverit devotionem, quod maximo oneraverint ipsam probro, quo aliqua onerati & inhonorati possit creatura, conantes perluadere mundo, quod mancipium extiterit diaboli in Conceptionis suæ instanti? Nonne infallibiliter plenarias lucrabuntur indulgentias, eòquod di-

gnè celebraverint Festum Conceptionis Immaculatæ, contendendo idipsum abolere, & hanc Ecclesiam perstringendo animadversione, quod celebret Festum de mysterio, quod totum referat sit peccato? Quid tandem igitur lucrantur? Nihil nisi lucrum & mærorem, dum in tuentur universum orbem suas deferere partes, ut tutatim accurrat ad honorandum Conceptionem Immaculatam; dum observant, opinionem, quæ impugnat illam, ita esse proclamatum, ut apparere amplius non audeat in publico, ut perpetui condemnata sit silentij, expectans, quoad condemnanda sit hæreseos, quando placuerit Deo inspirare Sanctæ Ecclesiæ, ut profiteatur publicè, se huic adhærere sententiæ.

Artemisia, quæ summo demulcebatur gaudio percipiens discursus tam proficuos amplificando Sanctissimæ Virginis honori, tumque propriè suæ favorabiles devotioni, quæ Immaculatam ipsius prosequabatur Conceptionem, a-vebat informari adhuc in pluribus, quæ suam augere poterant devotionem, & interrogabat ipsum.

✽ (o) ✽

R 3

ARGU.

ARGUMENTUM.

Quando & quomodo inceptum sit celebrari Festum de Immaculatâ Conceptione Sanctissimæ Virginis.

ARTICULUS III.

S. Vincen-
tius Fere-
rius serm.
de Na-
tivity. B. V.

SI benè accipere volumus cogitationem piam Sancti Vincentij Fererij, Festum Conceptionis Immaculatæ Virginis Sanctissimæ celebratum primò fuit in cælo ab Angelis in ipso instanti, quo concepta fuit in utero Sanctæ Annæ Matris suæ; Siquidem is asserit, quòd in momento, quo ipsius creata fuit anima, hæc fuerit Sanctificata per gratiam, quòdque hæc animâ Corpori suo unitâ, fuerit Conceptio Mattis DEI tam pura, tam perfecta & Immaculata, ut ipsis gaudium attulerit Angelis.

Vide Car-
thagenam
de arcen.
Virg. lib. 1.
hom. 19.
Pl. 4.

Verùm si quæras, quo tempore hoc Festum celebrari inceptum sit in Ecclesiâ terrestri: Sanctus Gregorius Nazianzenus, cujus antiquitas summam meretur reverentiam & auctoritatem in universo orbe, attestatur, quòd celebratum id fuerit in Ecclesiâ Græcâ jam ante sua tempore: Sic affirmare possumus, id celebratum jam ibi fuisse

Festum Im-
maculatæ
Conceptionis jam ce-
lebratum
fuit in Ec-
clesiâ o.

ante annos mille ducentos. Ecclesia Latino non inceptit quidem tam citò, nihilominus ultra quingentos jam annos celebratur in Angliâ, quæ olim tam erat Catholica, quam modò sit hæretica.

Ordinatum id fuit in Concilio Oxoniensi Anno 1222. Et Sanctus Anselmus, qui ab initio dubius hæserat circa opinionem de Immaculatâ Conceptione, exin egregium concinavit opusculum, ubi tam doctè quàm devotè explanat sensa cordis sui circa firmam fidem, quam conceperat de illâ, quam etiam, quantum potuit, per Epistolas suas omnibus Angliæ Episcopis amplectendam suadebat.

Aliquamdiu post Ecclesia Lugdunensis celebrare id ipsum inceptit: ubi Sanctus Bernardus exaravit illis magnam illam Epistolam, quæ ansam dedit credendi, quòd non approbaret ipsorum mentem & opinionem circa Immaculatam Conceptionem; quamvis reipsâ aliud non reprobarit, nisi quòd præsumpserit de illâ celebrare Festum, & non expectarent circa hoc ordinationem Ecclesiæ Romanæ, quæ Mater est omnium Ecclesiarum.

In sessione 36. Concilij Basilienensis habetur, quòd renovet institutionem celebrandi Conceptionem Sanctissimæ Virginis, quòd dicit observatum esse in Ecclesiâ Romanâ & in aliis per antiquam

ricantill
te mille
ducent
annos.

Papa
IV. no
struic
confir
vit ill
decret
Anno

Decr
Sixti
pro
prio
mac
sanct
Virg

Concilij
Basilien
dicit, h
lebrat
esse ex
tiguâ
sacerdot
&

& laudabilem consuetudinem, & ordinat, ut celebretur in omnibus Ecclesijs & Monasterijs octavo die Decembris. Plurimi firmiter tenent, hoc Festum institutum esse à Papa Sixto IV. quo vixit circa medium sæculi decimi quinti. Sed magnus & pius Cardinalis Baroni- us in Annotationibus, quas faci- cit pro hoc die supra Martyrolo- gium, asseverat & per plura te- stimonia probat, celebratum fuisse hoc Festum in pluribus Ecclesijs longo tempore ante Papam Six- tum quartum, & consequenter id illum non instituisse primum, uti plures credunt.

Papa Sixtus IV. non in- stituit, sed confirma- vit illud per decretum Anno 1476

Nihilominus verum est, quòd nondum universaliter celebratum fuerit per universam Ecclesiam Ro- manam, quando id approbavit & confirmavit Anno 1476. per Decretum tam eximium, tamque Authenticum, ut literis auteis consignandum foret omnibus lib- ris, & insculpendum marmori in omnibus Ecclesijs Christianitatis, Ecce tibi illud; *Gravenimis geri- mus & molestum; cum sinistra nobis de quibusdam Ecclesiasticis personis referuntur, sed in eorum, qui ad Evangelizandum Verbum DEI sunt deputati, excessibus præ- dicando commissis eò gravius pro- vocamur, quò illi periculosus ma- nem incorreñti, cum facile deleri nequeant, qui multorum cordibus sic fisisus predicando, diffusius, & damnabiliter imprimuntur errores,*

Decretum Sixti IV. pro Conce- ptione Im- maculatâ sanctissimæ Virginis,

sanè cum Sancta Romana Ecclesia de intemerata, sempèrque Virginis *MARIÆ* Conceptione publice Fe- stum celebret; & speciale ac pro- prium super hoc officium ordinave- rit, nonnullos tamen accepimus predicatores in suis sermonibus ad populum publice per diversas civi- tates, & terras, affirmare hacten- us non erubuerint, & quotidie predicare non cessant, omnes illos qui tenent, aut asserunt, eandem gloriosam & Immaculatam *DEI* Genitricem absque originalis pec- cati maculâ fuisse conceptam, mor- taliter peccare, vel esse hereticos, ejusdemque Immaculata Conceptionis officium celebrantes, & au- dientes sermones illorum, qui eam sine hujusmodi maculâ conceptam esse affirmant, peccare graviter: Sed & præfatis prædicationibus non contenti, confectis super his suis as- sertionibus, libros in publicum edi- derunt, ex quorum prædicationibus & assertionibus hujusmodi, non levia scandala in mentibus fidelium exorta & sunt, & majora merito exoriri formidantur indices. Nos igitur hujusmodi temerarijs ansis, & perversis assertionibus & scanda- lis, qua exinde in *DEI* Ecclesiâ exoriri possent, quantum nobis ex alto conceditur, obviare volentes, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatam petitionis instan- tiam, sed de nostrâ merâ delibera- tione, & certâ scientiâ, hujusmo- di assertions prædicatorum eorum- dem

ricatili
te mille
ducent
anos.

Concilium
Basilien-
dicitur
lebratum
esse ex
tiguâ
suetudin

dem, & aliorum quorumcunque, qui affirmare præsumerent, eos, qui crederent & tenerent, eandem DEI Genitricem ab Originalis peccati maculâ in suâ Conceptione præservatam fuisse, propterea alicujus hæresis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare, aut ejusdem Conceptionis officium celebrantes, seu hujusmodi sermones audientes, falsas & erroneas, & à veritate penitus alienas, editosque insuper libros prædictos id continentes, quoad hoc Auctoritate Apostolica presentium tenore reprobamus & damnamus, ac moti scientiâ, & auctoritate prædictis statuimus & ordinamus, quod prædicatores Verbi DEI, & quicumque alii cujuscunque status, ordinis & conditionis existant, qui de cætero ausu temerario præsumpserint in eorum sermonibus ad populum, seu alias quomodo libet affirmare ejusmodi sic per nos reprobatas & damnatas assertiones veras esse, ac dictos libros pro veris legere, tenere vel habere, postquam de presentibus scientiam habuerint, excommunicationis sententiam eò ipso incurrant, à quâ ab alio, quàm à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, nequeant absolutionis beneficium obtinere.

Verum est, quòd prohibeat etiam in eadem constitutione & sub eisdem pœnis, condemnare hæreseos contrariam sententiam, quoad Ecclesia publicè condemnet illam; nihilominus reprobat

& condemnat velut falsas ac erroneas, & à veritate prorsus alienas propositiones eorum, qui propugnant illam.

Nondum id satis erat pietati magni hujus præfulis, nec adhuc quiescebat Zelus ipsius pro honore & gloriâ Sanctissimæ Virginis; sed summum, quo ardebat desiderium, ut Festum Immaculatae Conceptionis celebretur in universo orbe, velut unum è præcipuis Festis Ecclesiæ, eò usque impulit ipsum, ut concederet illi tam eximia privilegia, quibus carent plerumque alia Festa, ut voluerit, quod si contingeret fulminari aliquod interdictum super aliquam civitatem, vel aliquod regnum, id suspenderetur festivo hoc die, haud aliter, ac si dies foret festivissimus vel Paschalis nec Nativitatis. Vult insuper, ut interdictum suspendatur per octavam integram, quod insigne est privilegium nulli concessum nisi octavæ Sanctissimi Sacramenti, & octavæ Immaculatae Conceptionis Sanctissimæ Virginis, quæ duo Festa sunt, duæque octavæ, quæ videntur tantam inter se habere connexionem, quanta intercedit inter Filium & Matrem, quos nunquam oportet ab invicem separari.

Quantus Ecclesiæ totius triumphus, dum utriusque intuetur splendorem & gloriam! quanta abundantia gaudij cunctis bonis

anis

Opinio
theri ci
Festa
Sacrum
ti & C
ception

Magni
vilegia
Sixto II
concess
Festo Co
ceptioni
Sanctiss
Virginis

Mox
cend
quod
scitu

Opinio La-
theri circa
Festa SS.
Sacramen-
ti & Con-
ceptionis.

animabus diligentibus illos! Non nisi infernus, maximus utriusque inimicus, ringit ex eò præ rabie: Siquidem Lutherus infamis hæc hæretarcha, cujus Diabolus possidens animum, regebat, uti volebat, ipsius linguam & calamum, dicere & scribere solebat, se ex omnibus Festis Ecclesiæ nullum ita abhorrere, uti illud Sancti Sacramenti & Conceptionis Beatæ Virginis: Et fortassis ad repandam iracundiâ huius blasphemiam, inspiravit DEUS ultimus hæc temporibus devotionem magis singularem erga duo hæc magna Festa plurimis bonis animabus, quibus solemne est sapius intra diei decursum, maximè quando DEO grates pendunt à prandio, dicere: *Laudetur Sanctissimum Sacramentum & Conceptio Immaculata Sanctissimæ Virginis.*

Mox ex-
cendum,
quod addi-
scitur.

Hic Viator noster siluit & respiravit paulisper; & putabatur dicendi facturus finem; sed reipsâ id fecit, ut daret, nobis otium exercendi quamprimùm laudabilem hanc devotionem, & laudandam ex toto corde nostro Sanctissimum Sacramentum & Conceptionem Sanctissimæ Virginis: Sic nunquam mox in opus redigendum nobis foret bonum, quod addiscimus sive in concionibus, sive in colloquijs, sive in Læctione bonorum librorum. Archemissa, quem latebat ipsius inten-

M. P. Isaac Consultat. Tom. III.

tio, quæque augeri semper suum sentiebat desiderium audiendi verba de Sanctissimâ Virgine, timens ne citius, quàm vellet ipsa, finiret, ut ipsam revocaret ad viam, quasi ex ipso: Cur invenire est adhuc aliquos, qui dubitant de Conceptione Immaculatâ Sanctissimæ Virginis, cum Ecclesia celebret de ipsâ Festum: Nonne videtur hoc idem esse, ac ipsam Canonizare? an dubitari potest de Sanctitate alicujus Sancti, quem Ecclesia Canonizat, cujusque celebrat Festum quin aliquis ratione quâdam suspectum se reddat, an satis benè sentiat in fide.

Domina, respondet illi, attingis hic punctum, quod magni D. Thomæ Doctores partis adversæ difficulter decidere poterunt. S. Thomas, qui est Oraculum Theologiæ, quique negat Conceptionem Immaculatam in suâ summâ, quam alibi sustinuerat, ponit ceu principium indubitatum, quod Ecclesiæ nunquam celebret Festum, nisi de aliquo Sancto: Et quando objicitur illi, quod Ecclesiæ celebret Festum de Conceptione Sanctissimæ Virginis, quodque ex eo deducatur ipsam esse Sanctam; absit enim ab illâ celebrare Festum de mysterio, quod crederet refertum peccato: Videtur hæc difficultas absterere ipsum: Siquidem negare non potest, quod Ecclesiæ nunquam celebret Festum, nisi de Sancto, cum ipse-

Discursus
notabilis S.
Thomæ
pro Con-
ceptione.

S

met

Quæ differ-
entia inter
Beatifica-
tionem &
Canoniza-
tionem ali-
cuius san-
cti.

met velut indubitam hanc po-
fuerit veritatem; diffiteri etiam
non potest, quod Festum Con-
ceptionis suo tempore fuerit ce-
lebratum; vixit enim post S. An-
selmum, post S. Bernardum,
quorum primus procuraverat, ut
hoc Festum celebraretur per Ang-
liam universam; & alter se op-
posuerat Canonicis Ecclesie Lug-
dunensis, quod inceperint id ce-
lebrare, & non prius consuluerint
Ecclesiam Romanam: Insuper non
negat, quod hoc Festum fuerit
celebratum in aliquibus Ecclesiis;
sed respondet, quod Ecclesia Ro-
mana toleraverit solummodò hunc
cultum, quin tamen approbave-
rit ipsum. Sed si verum esset,
quod Ecclesia toleraverit solum,
ut celebraretur Festum Conce-
ptionis, hoc semper innueret,
quod beatificaverit illam, & con-
sequenter exemptam agnoverit à
peccato: Siquidem juxta Com-
munem Theologorum doctrinam,
non est alia notabilis differentia
inter beatificationem Sancti, &
illius Canonizationem, nisi quod
Beatificatio sit concessio & facul-
tas in forma indulti vel gratiæ,
conferentis fidelibus libertatem
nuncupandi aliquem Sanctum,
invocandi publicè ipsum in Eccle-
siâ, dicendi panegyres de ipso ve-
lut de Beato, recitandi de ipso
officium, honorandi ipsius reli-
quias, & celebrandi de ipso Fe-
stum. At Canonizare non solum
sit dare libertatem fidelibus, sed

etiam obstringere illos, ut ipsam
agnoscant pro Sancto; beatifica-
tio infallibilis est dispositio pro
Canonizatione; ita ut hæc duo
in nullo differant ab invicem,
quantùm spectat ad certitudinem
Sanctitatis ejus, qui vel beati-
catur vel Canonizatur quando
igitur Ecclesia aliud non fecisset,
nisi quod beatificasset Conceptionem
Sanctissimæ Virginis, tole-
rando celebrari de ipsâ Festum,
recitari de ipsâ officium, & fieri
de ipsâ Missam, id semper foret
declarare nobis, ipsam esse San-
ctam & Immaculatam. Sed ipsa
plus adhuc fecit; siquidem Can-
onizavit illam ipsâ, præcipien-
do omnibus fidelibus, ut celebra-
rent ubivis de ipsâ Festum; red-
didit insuper illam valde celebrem
per octavam integram & conces-
sionem plurimarum Indulgentia-
rum: Hinc si S. Thomas modò
viveret, nonne obstringeretur ad
concludendum in favorem Con-
ceptionis Immaculatæ per propria
sua principia, luculenter videns,
quomodò Festum ipsius celebre-
tur hodiè in universa Ecclesia præ-
cipiatur & recomendetur à tot sum-
mis Pontificibus, ad instantiâ ipso-
rum Regum, & cum universali ap-
plausu omnium fidelium: siquidem
debita cura reverentia interrogati
posset: Nonne verum est,
quod Ecclesia nunquam celebret
Festum nisi de aliquo Sancto, hæc
tua doctrina est! Nonne verum
quoque est, quod Ecclesia solem-
niter

Di T
2. 20
3. 1

Cujus
bori
tor
elefi
qu
debe
fabr

Ecclesia
mana Co-
nonizavit
solemniter
mè Con-
ceptionem
Sanctissimæ
Virginis

niter celebret Festum Conceptionis Sanctissima Virginis; hoc ipsa experientia tibi demonstrat? necessarium igitur concludendum est, ipsam Sanctam esse & Immaculatam.

Quis dubitare potest, quin S. Thomas modò profiteretur hanc doctrinam, eamque propugnaret cum omni tum animi tum Zeli sui contentione, eòquòd maximè semper promptitudine amplexatus fuerit in omnibus sensum & iudicium Sanctæ Ecclesiæ, verbis expressis scribens, consuetudinem Ecclesiæ maximè esse auctoritatis, illamque sequendam esse in omnibus, eòquòd doctrina Doctorum Catholicorum suam recipiat auctoritatem ab Ecclesiâ, idèòque magis æstimandum esse sensum Ecclesiæ, quàm sententiam S. Augustini, vel S. Hieronymi, vel cujuscunque alterius Doctoris. Hem! quid metuendum nobis sit, dum sequimur praxin, spiritum & regulam Sanctæ Ecclesiæ? an persuadere nobis audeamus, plus certitudinis nobis esse, si sequamur idæas & imaginationes

nostras particulares, proprii intellectus nostri adinventiones, quantumvis speciosissima videantur nobis! Nonne exercebitis plus submissionis, plus obedientiæ & humilitatis renuntiando vobis ipsis & deserendo proprium vestrum sensum, ut recipiatis illum Sanctæ Ecclesiæ? Nonne majus conficietis pietatis opus, credendo, quod Sanctissima Virgo plena semper fuerit gratiâ, & semper immunis à peccato, quàm si sustineatis, ipsam instanti aliquo fuisse inimicam DEI & peccati immeritam barathro? An optimæ quæque cogitationes, quas concipere poteritis de JESU Christo, & Sanctissimâ Matre ejus, nimirum sint bonæ, & transcendant eas, quæ verè in ipsis sunt, excellentiâ?

Totus confessus haud obscure demonstrabat universali approbatione & applausu, se omnes in hoc consentire. Sed Artemisia credens Consultationem præcipuè pro se fieri, illiusque prosecutionem aliquantò diuturniorem exoptans, interrogavit ipsum secundò.

ARGUMENTUM.

Qualem certitudinem habeamus, quòd cœlum approbet devotionem fidelium ergà Conceptionem Immaculatam Sanctissima Virginis.

ARTICULUS IV.

Sed potius, respondit illi, qualem certitudinem non habeamus, placere summè nos DEO, dum Sanctissimam honoramus Virginem, præcipuè dum singulari prosequimur devotione
S 2 ipsius

D. Thom.
2. 2. q. 119.
2. 12.

Cujus roboris sit auctoritas Ecclesiæ, & quanta ipsi debeatur submissio.

Ecclesiæ
mana Ce
noziar
olemi
me Cos
otione
achill
virgial

Cur devo-
tio erga
mysterium
Concep-
tionis Imma-
culatæ præ-
cipue pla-
ceat San-
ctissimæ
Virgini.

ipſius Conceptionem, eòquòd hâc in parte ipſius oppugnetur innocentia. Siquidem ſicut Apoſtoli multò meliùs ſuam demonſtrâſſent fidelitatem JESU Chriſto, agnoſcentes ipſum ceu verum Filium DEI inter media paſſionis ſuæ opprobria, ubi accipiebatur ab hominibus veluti ſceleratus, quàm quando viderunt ipſum patrare miracula, vel ſuam manifeſtare gloriam in tranſfiguratione ſua; ita certum eſt, pietatem bonarum animarum multò magis apparere in devotione, quâ proſequuntur Sanctiſſimam Virginem, quando honorant myſterium Conceptionis ipſius, ubi tam luculenter non apparet, quòd exempta ſit à communi miſeriâ Filiorum Adæ quàm quando honorat Maternitatem vel Aſſumptio-rem ipſius, vel alia myſteris, in quibus manifeſtè omninò apparent ipſius Excellentia. Ecce quanta nobis ſit certitudo, quòd decipi non valeamus, honorantes Immaculatam ipſius Conceptionem.

Revelatio-
nes & mira-
cula certos
nos red-
dunt, quòd
DEUS ap-
probet de-
votionem
erga Con-
ceptionem
Immacula-
tam D. V.

Cœlum exponit ſe nobis duobus modis, per revelationes vel per miracula; revelationes nos inſtruunt per aures, miracula per oculos, & quando DEUS loquitur nobis utroque modò, accipimus teſtimonium inſinitâ ratione certum de veritate. Totum conſiſtit in hoc, ut ſciamus, quæ veræ ſint revelationes, quæ vera

miracula; ſiquidem leviter illis credere non debemus, nec fidere nobis ipſis: Certi autem de illis ſumus, quando accedit vel approbatio Eccleſiæ, vel Sanctorum Patrum teſtimonia. Jam plures nobis ſunt revelationes certæ, & plura miracula authentica, quibus DEUS oſtendit nobis, quòd confirmet & approbet devotionem fidelium erga Conceptionem Immaculatam Sanctiſſimæ Virginis.

Et cui id DEUS revelavit, interrogat Artemiſia? poſſem tibi dicere, reſpondit, quòd ſufficienter id revelaverit toti Eccleſiæ, eòquòd hæc ipſam agnoſcet Sanctam & Immaculatam præcipiendo omnibus ſuis filiis, ut celebrent Feſtum de ipſâ. Verùm habemus revelationes magis particulares, quibus teſtimonium præbent plures Sancti, quæ etſi non habeant tantum auctoritatis, quantum tota Eccleſia, ad ſtabiliendum nos in fide, ſunt nihilominus teſtes tam dignæ fide, ut nec æquum nec rationabile ſit illis non credere.

Sanctus Anſelmus, primò Abbas celeberrimæ Abbatix in Normandia, deinde Archi-Epiſcopus Cantuarienſis in Angliâ ſcribit magnam & inſignem Epiſtolam ad omnes Epiſcopos hujus regni, quorum ipſe primas erat, exhortando illos, ut introducerent in omnibus diœceſibus ſuis, & celebrati

Pulch-
relatio-
ſta ill-
Abbat

DEUS re-
velavit in
Eccleſia,

Cathagen-
lib. 1. bo-
19. Pl. 4

Falchra re-
velatio fa-
cta Elpino
Abbati.

lebrari curare Festum Conceptionis Immaculatae Virginis Sanctissima; Et ut omnes exstimularet ad amorem devotionis hujus, cui plurimam addictus erat, recensebat illis plura miracula, pluresque revelationes, & inter alias hanc, quae videtur fuisse prima, quae ansam dedit, ut hoc Festum celebraretur in Anglia. Sub id temporis, quo Guilielmus Victoriosus se accinxit, ad capiendum possessionem hujus regni, ad se legitime spectantis, quodque contra omnem fas sibi fuerat ablatum, misit Heloinum, alij dicunt, Elpinum Abbatem Beccensem ad explorandum arma & vires inimicorum: ille ad exequendum mandatum sui principis committit se mari, ubi ex permissione divina tam horrenda jactatus fuit tempestate, ut manifesto expositum se videret naufragij periculo: Unde cum ardentem invocaret auxilium Dei, & protectionem Sanctissima Virginis, apparuit ipsi Angelus adpromittens salutem & liberationem ipsi, si celebrari curaret Festum Immaculatae Conceptionis singulis annis octavo die Decembris; de hoc dum votum emittebat, continuo pacata fuit tempestatas; Et ipse promissionis memor suum adimplevit votum, imprimis quidem in suo Monasterio, & exin in omnibus Ecclesijs ipsi subjectis.

Imò Normandia, ubi sita fuerat ipsius Abbata, praecessit Angliam & prima fuit in reddendo hoc Sanctissima Virgini homagio. Sanctus Anselmus, qui tunc prior fuerat illius Abbatae, & antea non admodum addictus opinioni & sententiae Immaculatae Conceptionis, cognito hoc miraculo, hacque revelatione ex ore Abbatis sui, quem esse noverat magnum servum Dei, exin omnem impendit curam, ut illam praedicaret, illam omnibus persuaderet, & Festum de illa institueret, sicut fecit in universa Anglia, evedus ibidem ad Archipræsulatum Cantuariensem. Ecce tibi primam revelationem.

Alia adhuc magis luculenta est illa, quam Sanctissima Virgo ipsa met fecit Sanctae Brigittae, quaeque recensetur libro sexto Revelationum ipsius, cap. 49. ubi Sanctissima Deipara ita loquitur: *Veritas est, quod ego Concepta fui sine peccato originali*: Non est autem, quem latent, quod revelationes hujus Sanctae Examinatae & approbatae fuerint ab Ecclesiae Ao. 1377. sub Papa Gregorio XI. per Commissarios expressè ad hoc deputatos, qui fuere quinque Cardinales, duo Episcopi & Magister sacri palatij, à quibus etiam approbatae & receptae sunt velut Consonae Veritati: Deinde iterum examinatae & approbatae sunt à summis Pontificibus, Urbano V. & Bonifacio IX. imò etiam receptae in quodam

Normandia celebravit Festum Immaculatae Conceptionis prior Angliam.

Revelatio Authentica facta S. Brigittae à B. Virgine.

Approbatio revelationum S. Brigittae.

dam Concilio Generali : omitto plures alias revelationes & venio ad probationes, quas haurimus oculis, & hæc sunt miracula ; sed miracula valde authentica, quæ referuntur nobis ab Auctoribus fide dignissimis.

Punitio inimicorum
Conceptionis Immaculatæ.

Joannes Americus Doctor insignis in doctissimo sermone coram patribus Concilij Tridentini de Conceptione habito, nâsse se refert, plures Concionatores in graves morbos incidisse, alios mortem obiisse, propterea, quod contra Immaculatam Virginis Conceptionem concionati fuerant.

Sacratissima
Virgo adhortatur a
liquem
Concionatores.

Doctor, qui ob profundam suam scientiam nominari meruit Illuminatus, Franciscus Mayro, unum è splendidissimis Seraphici Ordinis Ornamentis, refert in sermone de Conceptione Virginis, quod cuidam Magistro volenti publicam Concionem habere contra Immaculatam Virginis Conceptionem, ipsa Virgo apparuerit, dicens : *ô Magister, quid ego unquam tibi feci, quia hoc mane vis contra meum honorem predicare ?* quo audito ille revocans sententiam, Immaculatam Virginis Conceptionem civitati Parisiensi prædicavit, recensens prodigium, quod sibi acciderat.

Stupendum
miraculum
circa Conceptionem
Immaculatam B. Vir-

Nil magis horrendum, quam quod accidit Religioso ex ordine Sancti Francisci, qui, postquam prædicare præsumperat contra Immaculatam Conceptionem San-

ctissimæ Virginis, quamvis hic, gnis. Vi
Ordo totus consecratus videatur ad Carthag
propugnandum illam, descendens ubi supra
è pulpito, concesserat didurus
Missam in Altari Sancti Michaelis,
ubi prostabat pulcherrimâ imago
Sacratissimæ Virginis marmori incisa ; accidit hæc autem, quod asserit Evangelium, lapides evasuros sensibiles, ubi homines insensibiles se monstrant ad honorem Dei.
Marmorea hæc statua tantum sentire se monstravit errorem Concionatoris, ut vultum suum retrò, versùs humerum converterit, quasi abhorrens hominem, qui conficere non metuebat opus tam Sanctum, uti est offerre augustum Sacrificium Filij Dei, post crimen commissum, loquendo tam indignè de Sacratissimâ Matre suâ. Ipse hoc prodigio perterritus, & mox cæcitate corporali percussus, liberatus est à spiritali, & reversus in seipsum, agnovit errorem suum, rogavit veniam, ac voto se obstinxit, omnia, quæ dixerat, se revocaturum. O bonitas infinita Dei, monstrantis se semper magis promptum ad largiendum veniam, quam nos ad flagitandum illam ! O admirabilis clementia Matris misericordiae ! mediante ipsius intercessione denuò obtinuit usum oculorum ; sed pro memoriâ æternâ hujus miraculi manet semper imago facie retrò conversâ, uti hodie dum adhuc videtur in conventu
Reli.

Religiosorum S. Francisci Tolosæ.

Verum quid dicas ad aliud Exemplum terrore plenum, quod accidit in eadem civitate juxta relationem optimorum Auctorum tempore Papæ Martini V. Certus quidam Rector Universitatis condebat acriter propugnare, & stabilitate velut doctrinam certam, quod Sanctissima Virgo concepta fuerit in peccato originali: Unde tota civitas ita fuit scandalizata ut crudelem ipsi moverit persecutionem, quâ vix non agebatur in periculum vitæ, Ipse ex hac oppositione universali; quæ alium re-duxisset: ad saniora consilia, magis evadens protervus, concessit Romanam, suam Papæ expositurus querimoniam, simulque petiturus facultatem, suam in ipsius præsentia defendendi sententiam, quàm ubi obtinuit, designantur hora & dies; plures admodum celebres concurrunt Doctores propugnaturi causam Matris Dei: effluit hora, expectatur, & non apparet, mittitur exploratum, quid ipsum remoretur: & res horrenda! invenitur in medio sui cubilis mortuus, totus jam torpens ac rigidus. Quanta admiratio! an igitur trucidatus est! an fortasse strangulatus? Inspicitur ipsius Corpus, & invenitur absque vulnere; aperitur, ad explorandum, quæ possit esse mortis ipsius causa: O Justitia Dei! quàm rigida, quàm severa es adver-

sus Sanctissimæ Virginis hostes & inimicos; invenitur habere nec cor, nec viscera; cum nimis quàm æquum sit, ut eruantur hæc illi, qui tam crudelis fuerat in illam, quæ cor humanum & viscera misericordiz dedit Salvatori mundi.

Nec dicas, certum non esse, hæc miracula profecta esse à Deo, dæmonemque esse potuisse rerum ejusmodi auctorem, eum non nisi patrandis & inferendis malis oblectetur ipse. Sed quis nescit, Dæmones patrare non posse miracula, & si per impossibile id possent, an patrare hæc vellent in favorem Conceptionis Immaculatæ Virginis Sanctissimæ? an castigarent illos, qui hanc oppugnant, qui que defendunt, ipsam fuisse peccatricem & subjectam Dæmoni? an malè vellent illi, qui dare sibi volent mancipium tam illustre, quale est Mater Dei?

Si omnia hæc miracula, & plura ejusmodi, quibus omnes scitent historiz, satis superque declatant, improbare cælum sententiam eorum, qui Virginis Sanctissimæ Immaculatam oppugnant Conceptionem: quanta alia operatus est Deus, & operatur adhuc indies in favorem eorum, qui propugnant ipsam & extendere pro viribus contendunt fidelium erga ipsam devotionem.

Quis est, qui ignoret historiam admirandam de Scoto, quem appellant Doctorem subtilem pe-

Dæmon non castigat ipsemet eos, qui se opponant honori SS. Virginis.

Scotus naturaliter stupidus anto-

Joan. Baptistâ Lezana de Conceptu B. Virginis. c. 15. Franciscus Maria de Pistoria de Maria triumphali Coronâ. 2. 15. c. 11. 5.

Horrenda punitioni-mici Sanctissimæ Virginis.

evadit sub-
cilissimus
& doctissi-
mus ex de-
votione et
ga sanctis-
simam Vir-
ginem.

autonomasiam, acerrimo defen-
so re Conceptionis Immaculatæ?
Recensetur hæc ab innumeris Au-
ctoribus, tantæque illius adhuc no-
stris temporibus videre est vesti-
gia, ut dubitari de illâ non possit.
Scotus cum adhuc puer esset, sum-
mo tenebatur discendi desiderio;
sed cum tardiori & rudiori esset in-
genio, omni sermè exutus spe, re-
currit ad Virginem Sanctissimam
pro subsidio, quæ in somno se il-
li visendam præbens, spondit
ipsi donum scientiæ in magno per-
fectionis gradu, modò impendere
id vellet defendendo honori suo,
ferente & exigente id occasione.
Expergesfactus non tam sensit oeu-
los Corporis sui apertos luci visi-
bili, quàm oculos sui intellectus
referatos cunctis scientijs; inde in-
tra parvum tempus magnos fa-
ciens progressus, ingressus est Ordinem
S. Francisci, ut evaderet vel-
ut ipsius sol, & unum è maximis
Theologiæ luminibus in universâ
Ecclesiâ.

Celebris
disputatio
circa argu-
mentum
Concep-
tionis.

Disceptabatur acerrimè in cun-
ctis Scholis jam ultra ducentos vel
trecentos annos circa argumen-
tum Conceptionis Sanctissimæ
Virginis: nonnullis asseverantibus
ipsam Immaculatam, asserentibus
alijs peccati originalis labe infe-
ctam; è quibus ultimorum nu-
merus videbatur augeri indices. Ce-
lebrabatur opportunè tunc tempo-
ris Anno 1304. ex mandato Sacræ
Sedis & coram Legatis ipsius Con-

gregatio universalis ex omnibus ce-
leberrimis Doctoribus Franciæ, pro
decisione hujus controversiæ, è
quâ pendebat plurimum pax totius
Ecclesiæ. In hæc tam præclarâ
occasione sentiebat Scotus intra
semetipsum hæc leves pugnas; ex
unâ parte retinebant ipsum sua hu-
militas, sui que ipsius diffidentiâ;
ex altera parte stimulabant ipsum,
tum insignes à Sanctissima Virgine
accepti favores, tum promissio à
se ipsi facta defendendi ipsius ho-
norem, exigente ita occasione;
amplexus est igitur ultima hæc
consilia, velut æquiora.

Accedit celebrem hunc coetum
& Congregationem; sed transiens
per arcem palatij, prostravit se pro-
fundâ cum humilitate coram Ima-
gine Sanctissimæ Virginis, supra
portam majorem inferioris Sacri
Sacelli, ipsamque brevi hoc sed
ardenti efflagitat voto: *Dignare
me laudare te Virgo sacrata, da
mibi virtutem contra hostes tuos.*
Et Imago, quæ antea steterat tota
erecta, inclinavit ipsi caput in situ
& habitudine, quâ conspicitur ad-
huc hodie. Ex hoc animatus con-
cedit illuc, disputationem adit to-
tus confusus in auxilium Dei, cum-
que se declarasset pro Conceptione
Immaculatâ, ducenta sustinet
argumenta validissima, quæ cuncti
Doctores adversariæ partis inveni-
te poruerunt, & respondet ad om-
nia tantâ cum ingenij acrimoniâ,
tantâ cum soliditate, tantæque cum
clari;

Quar.
veritas
rifenfi
ceri V
tum de
dendi
macula
Concep
nem B.

Evocatus
mirabilis
qui accit
Scoto,

claritate, ut maximam attulerit lucem, quæ dissipavit omnes tenebras; cui proin applausum fuit à toto illo confessu, velut Victori, qui triumphare fecit Immaculatam Conceptionem in medio totius hujus numerosæ Congregationis.

Quar. Universitatis Parisiensis fecerit votum defendendi Immaculatam Conceptionem B. V.

Exin celeberrima Parisiensium Universitas decretum condidit sibi summe gloriosum coram totâ Ecclesia, defendendi in perpetuum Conceptionem Immaculatam, & deinceps nullum creandi Doctorem, qui non præstiterit juramentum illud inviolabiliter observandi; quod ut tanto magis confirmaret, emisit votum celebrandi singulis annis de illâ festivam solemnitatem. Et hæc omnia observata sunt usque huc maximâ cum fidelitate; hæc idem dixi, quod vestigia miraculi videre sic adhuc hodie; & videbuntur assistente auxilio Dei cunctis semper sæculis.

Nolo vobis recensere hîc infinitum penè numerum miraculorum, quæ visa sunt, & videntur adhuc hodie in toto orbe Christiano, quibus Deus loquitur nobis omnino manifestè; non solum ut approbet devotionem animarum fidelium erga Conceptionem Immaculatam; sed ut ipsarum amorem magis adhuc erga illam accendat; dicam solummodò adhuc duo. Primum est testimonium Orosij in Epistola, quam scribit ad Heliodorum, ubi loquitur illi expressis hæc

R. E. Isaac Consiliat. Tom. III.

verbis: *Coram Deo novi, & in veritate comperi, quod nulla mulier in partu periclitatur, super quam devotè Maria gratia imploratur, & dies ejus Conceptionis celebratur.*

Alterum, quod relinquam vobis velut ultimum, ut magis pensilatè consideretis illud, est, quod fides Immaculatæ ipsius Conceptionis ita placeat Deo, ut etiam verba, quæ significant ipsam, operentur indes miracula in eis, qui habuerint fidem. Ecclesiâ cantat hunc versiculum, qui propriè accommodatus est officio Conceptionis illamque manifestè & confiteretur & profiteretur: *In Conceptione tuâ Virgo, Immaculata fuisti; Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperisti!* Iniri vix numerus poterit ægrotorum, afflictorum, tentatorum, vel expositorum cuicumque periculo, qui portantes secum hunc versiculum scriptum ex devotione vel illum pronuntiantes cum reverentiâ, vel etiam eundem deglutientes ad profitendum luculentius suam fidem & fiduciam in Sanctissimam Virginem, liberati sunt auxilio prorsus miraculoso: Et ego ipse hujus rei aliqua conspexi exempla, & enarrari audivi ab alijs, qui ea conspexerunt. Nonnemo volens illa describere, composuit exin satis magnum volumen, quod intitulavit *Adamantem*; sed plura illorum adhuc omisit, quam scripserit. Criticus aliquis diceret, hanc

Miracula; quæ efficaciter roborant fidem delmactulata Conceptione,

T devo-

devotionem suspectam haberi posse alicujus superstitionis; verum an superstitionis argui quoque possint illi, qui portant penes se Numismata, vel Nomina JESU, aut Imagines sanctissimæ Virginis, vel scriptas quasdam orationes? Quis

diffitebitur, superstitiosum id esse, imaginari sibi superstitiones in omnibus hisce rebus, quæ non æstimantur, nisi in quantum representant nobis JESUM Christum & sanctissimam ipsius Matrem.

ADDITIO & CONFIRMATIO.

JAm scripseram Confutationem hanc totam integram, quando exhibuere se mihi tres maximæ auctoritatis testes, qui deposuere tam efficaciter in favorem Conceptionis Immaculatæ Virginis Sanctissimæ, ut quamvis suspecti fuerint opinionis contrariæ, eodquod in alijs locis locuti sint aliter, nihilominus non videatur, quod locuti sint tam clarè, tamque efficaciter contra, quàm hic fecerint pro defensione hujus veritatis.

Tres hi testes sunt S. Bernardus, S. Bonaventura, & S. Thomas; ausculta illos successivè.

Sanctus Bernardus in sermone quarto super Salve Regina, exerta reliquit nobis proptia hæc verba: *Innocens fuisti ab originalibus & ab actualibus peccatis. Nemo ita præter te.* Et paulò post: *Cùm de peccatis agitur, nullam de Beatâ Mariâ volumus fieri mentionem. Ex eo enim majorem credimus ei collatam virtutem, ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere &*

parere meruit eum, qui nullum habuit peccatum. Ex omni, inquit, parte, hoc est, ex parte originalis, & ex parte actualis peccati. Eâ ergo solâ excepta, ceteri omnes quid dicere possunt, nisi quòd ait Apostolus Joannes: Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Et mox subjungitur. *Ego quoque pia fide opinor, in utero Matris tuæ, ab originalibus te absolutam peccatis.* An clarius loqui quis posset, vel efficacius in favorem Conceptionis Immaculatæ Virginis Sanctissimæ;

Iterum idem S. Bernardus sermone decimo tertio inter quindecim, quos fecit de Cœnâ Domini, sic ait: *Non est in filiis hominum magnus vel parvus tantâ præditus Sanctitate, nec tantâ Religionis privilegiatus honore, qui non in peccatis fuerit conceptus, præter Matrem immaculatam peccatum non facientis, sed peccata mundi tollentis.* An dubitari posthæc possit de mente S. Bernardi circa hoc argumentum? Sera.

Seraphicus Pater & Doct̄or S. Bonaventura, qui secundus testis est, dicit aliquid adhuc efficacius; nempe in secundo sermone de B. Virgine MARIA, qui habetur tomo 3. paginâ 355. impresso Moguntia Anno 1609. ubi sic loquitur: *Dico primò, quòd Domina nostra plena fuerit gratiâ praveniente in Sanctificatione suâ, id est, gratiâ preservativâ contra immunditias culpa originalis, quàm contraxisset ex corruptione natura, nisi preservata fuisset ex gratiâ speciali, quâ fuit pravenita: Siquidem credendum est, quòd novo quodam Sanctificationis genere, Spiritus Sanctus preservaverit ipsam in instanti Conceptionis suæ à peccato originali, non quòd jam fuerit in illâ, sed quòd intrasset in illam, nisi gratia singularis ipsam protexisset.* Testimonium hoc tam manifestum est, tamque clarum, ut ij, qui resistere non potuerunt ipsius robori, coacti fuerint id declaratione, vertendo in dubium, an verè sit S. Bonaventuræ. Verùm an recusare liceat testem tantæ auctoritatis ob leves conjecturas.

Tandem tertius, qui est S. Thomas, magnam Theologiæ oraculum; explicat se desuper verbis tam certis, tamque formalibus, ut nullum de sententiâ suâ dubitandi relinquat locum; Et hoc in lectione sextâ super caput tertium Epistolæ ad Galatas versùs medium, exponens illa Scripturæ verba:

Non est, qui faciat bonum; ubi dicit. Inveni virum, scilicet JESUM Christum, qui est absque ullo peccato, sed non inveni aliquam feminam, qua omninò fuerit exempta à peccato tum originali, tum veniali, excepta Sanctissima Virgine MARIA, dignâ omni laude. Hæc verba, quæ suppressa sunt in pluribus editionibus S. Thomæ, inveniuntur in illis, quæ prodierunt in lucem Parisijs in annis 1529. & 1541. *In ore trium testium stet omne Verbum.*

Noster Viator, qui loquebatur procul dubio ex abundantia cordis sui, succenderat in omnibus è Societate novam devotionem, & Zelum ardentiorum, quàm habuerint unquam, ad honorandum pro viribus Conceptionem Immaculatam Sanctissimæ Virginis: præcipuè videbatur è vultu Artemisiam, ipsam totam exinde fuisse succensam. Volebamus valedicere illi ad finem Consultationis nostræ, sed hoc erat tollere velle cibos famelicos, quandò maxima est ipsius appetentia: Ipsa invitavit nos tam instanter, tamque benevolè ad commorandum diebus nonnullis in domo suâ, ut abnèere id ipsi non potuerimus: desiderabat namque efflictim & ardentissimè auscultare adhuc aliqua colloquia de Excellentijs Sanctissimæ Virginis; & desiderio suo defraudata non fuit, uti

videbis.

T 2

CON.